

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 2: De aliis peccatis Caput 9: De iuditio temerario (1)

Temerarium iuditium, lumen proprie conscientie cecat, [fons nondum repertus]

quia dum aliena diu licat,
proprii iuditii lumine privatur,
ut eo durius contra aliena superbiat,
quo sua negligentius ignorat,

ut ait Gregorius in moralibus.

Et quia se a pollutione carnali alienum respicit,
quibus ipse sordibus spiritalis uitii intrinsecus polluitur non attendit;
dumque in alio pensat malum quod ipse non habet,
in se neglegit considerare quod habet sicque fit,
ut dum ad aliena diiudicanda mens ducitur,
proprii iudicij lumine priuetur;
et eo durius contra aliena superbiat
quo sua negligentius ignorat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 3.31 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.153, ll.39- 44).